# R. P. HYACINTI DONATI LAYNENSIS,

ORD. FRAT. PRÆDICATORVM,

SAC. THEOL. MAG. AC U. J. D.

Quondam in Generali Studio Sancti Dominici Civitatis Coſentiæ Regente, ac utriuſque Provinciæ Calabriæ Provinciali,

# RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIA;

*IN QUATUOR TOMOS DISTRIBUTA.*

*IN QUIBUS OMNES ET SINGULÆ MATERIÆ, QUÆ IN REBUS Regularibus occurrere poſſunt, ſub diverſis Tractatibus ſuccinctè ac dilucidè proponuntur, reſolvuntur, ac deciduntur.*

Opus omnibus Prælatis Regularibus, illorumque Subditis, Eccleſiaſticis, cæteriſque Ordinum Superioribus: verum etiam cauſarum Patronis, omnibuſque hominibus in utroque foro verſantibus utiliſſimum, imo maximè neceſſarium.

*Accedunt duo Indices locupletiſſimi Tractatuum & Quæſtionum, Rerumque omnium notabilium.*

## TOMUS QUARTUS DE MONIALIBUS.

*Cujus Tractatuum Elenchum verſa pagina indicabit,*

NUNC PRIMUM IN GERMANIA PRODIIT.

*COLONIÆ AGRIPPINÆ,*

Apud HERMANNUM DEMEN, ſub ſigno Monocerotis.

ANNO M. DC. LXXV.

*Permiſſu Superiorum.*

Es dela Libreria del Col.o dela Comp.a de Ihs de Salam.a

Diole el P.e Diego dela Fuente Hurtado

# *ELENCHUS TRACTATUUM & Quæſtionum, quæ in hoc Tomo Quarto continentur.*


De
- Statu Religioſo.
- Monaſteriis Monialium.
- Clauſura Monialium.
- Viol. Clauſ. per egreſ. Mon.
- Viol. Clauſ. Mon. per ingreſ.
- Acceſſu ad Moniales.
- Electione Abbatiſſæ.
- Poteſtate Abbatiſſæ.
- Recept. Monialium.

De
- Dote Monialium.
- Novitiatu Monialium.
- Profeſſ. Monialium.
- Confeſſariis Monialium.
- Eremitis.
- Voto Paupertatis.
- Voto Caſtitatis.
- Voto Obedientiæ.
- Horis Canonicis.

# INDEX TRACTATUUM

## Et Quæſtionum, quæ in hoc Tomo Quarto de Monialibus continentur.

### TRACTATUS I. De Statu Religioſo in Communi. fol. 1.


*Quæſt.* 1. STatus communiter ſumptus, unde dicatur, quid ſit, & quotuplex? fol. 1.
2. Religio unde nominetur, quid ſit, & quotuplex? fol. 2.
3. Religio an ſit virtus Theologica, vel moralis? fol. 3.
4. Status Religioſus quid ſit? fol. 4.
5. An tria vota paupertatis, & Caſtitatis & Obedientiæ, ſint de ſubſtantia, & eſſentia cuiuſvis Religionis, ſive ſtatus Religioſi? ibid.
6. An perpetua continentia ſit poſſibilis? fol. 5.
7. An ad perfectionem ſtatus Religioſi requiratur, ut tria dicta Evangelica conſilia ſub voto promittantur? fol. 6.
8. Vota, ſub quo promittenda ſunt dicta conſilia, ad hoc ut ſtatum Religioſum conſtituant, an debeant eſſe ſolemnia? ibid.
9. Voti ſolemnitas, an ſit de Iure divino, vel Papali Eccleſiaſtico? ibid.
10. An vera, & propria Religio poſſit ſtare cum ſolo voto ſimplici? ibid.
11. An Caſtitas coniugalis poſſit, ex conſtitutione Eccleſiæ, ſtare cum vera, & propria Religione? fol. 9.
12. Status Religioſus, qui in dict. tribus votis conſiſtit, an ſit de Iure divino? fol. 11.
13. An S. Papa poſſit Monachum profeſſum à ſolemni voto Caſtitatis eximere? ibid.
14. An poſſidere aliquid in communi, diminuat perfectionem Religionis? fol. 14.
15. An ſtatus Religioſus fuerit ante Adventum Chriſti? fol. 15.
16. An ſtatus Religioſus admittat diverſitatem Religionum? ibid.
17. An fuerit rationi conſonum, tot Religiones eſſe in Eccleſia? fol. 16.
18. An ſtatus Religioſus, perpetua traditione, & ſine interruptione, ſemper fuerit in Eccleſia? fol. 17.
19. Hæ Religiones, ex natura in Eccleſia uſque ad diem Iudicii univerſalis? ibid.
20. An ſtatus Religioſus, quoad ſubſtantiam, idem ſemper fuerit in Eccleſia? ibid.
21. An Religioſi debeant ſuis iniuriatores tolerare? fol. 18.
22. An liceat Religioſo occidere calumniatorem, crimina gravia de ſua Religione ſpargentem, vel ſpargere minantem, ſi aliter ea calumnia arceri non poſſit? ibid.
23. An integrum ſit Religioſo, calumniatori dicere, mentiris? fol. 10.
24. An Religioſus dimittendus à Religione, cogi poſſit, ut de Religione non mendicaret? ibid.
25. Monialis unde dicatur, & quid ſit? fol. 21.
26. An in omni Religione Monialium reperiatur aliqua varietas & diſtinctio? ibid.
27. An moniales profiteantur vitam activam, vel contemplativam, aut mixtam? ibid.
28. An ſtatus Religioſus monialium, quoad ſubſtantiam ſemper fuerit in Eccleſia ſicut hodie? ibid.
29. An clauſura monialium ſit de ſubſtantia ſtatus Religioſi? fol. 22.


### TRACT. II. De Monaſteriis Monialium. fol. 22.


*Quæſt.* 1. AN quis poſſit, ſine licentia Papæ, erigere aliquod Monaſterium monialium, quod non ſit de Regulis approbatis? fol. 22.
2. Sed quid dicendum, ſi dict. Monaſterium non approbatum à S. Papa reperiatur in Diœceſi erectum de licentia Epiſcopi loci, poteſtne ſaltem remanere pro honeſta Congregatione mulierum? ibid.
3. Monaſterium monialium, ſi ſit de Regulis approbatis, an poſſit erigi ſine licentia Epiſcopi loci, & Papæ? fol. 23.
4. An Epiſcopus loci poſſit dictam licentiam concedere non vocatis, & auditis prius Prælatis Conventualibus locorum, ubi conſtruenda ſunt Monaſteria monialium? ibid.
5. Monaſteria monialium, quò, & quomodo ædificanda ſint? ibid.
6. Monaſterium monialium, an poſſit cogere vicinum, ad vendendam ſibi domum ſuam, contiguam tamen, & neceſſariam, pro ſua conſtructione, & ampliatione? fol. 24.
7. An dict. Privilegium cogendi vicinum pro ampliatione monaſterii, procedat in locatione Domus vicinæ, & ad modicum tempus? ibid.
8. An ſaltem vicinus cogi poſſit ad obſtruendas feneſtras, è quibus proſpicere poteſt moniales? fol. 25.
9. Sed dices, vicinus iſte, à quonam Iudice cogendus eſt ad exequendum prædicta? fol. 26.
10. Si quis in ſuo Teſtamento legat, ut de ſuis bonis conſtruatur unum Monaſterium in tali loco, non diſtinguendo de Maribus, vel fœminis; an in tali diſpoſitione, moniales ſint præferendæ Fratribus, vel è contra? fol. 26.
11. An propè Monaſterium monialium poſſit ædificari aliud virorum eiuſdem, vel alterius Ordinis, & maximè infra ſpatium centum quadraginta Cannarum? fol. 27.

# RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIÆ TOMUS QUARTUS *DE MONIALIBUS.*

## TRACTATUS I.

### DE STATU RELIGIOSO IN COMMUNI.

*Quæſt. 1. Status communiter ſumptus, unde dicatur, quid ſit, & quotuplex?*

1. PRo claritate dicendorum adverte, quòd ſtatus ſecundùm vocis proprietatem, dicitur à ſtando, ſive à verbo ſto, ſtas, quod ſignificat erectum eſſe, & ſua mole conſiſtere, cui opponitur ſedere: & de ſua prima & propria ſignificatione importat quandam hominis diſpoſitionem, ſecundùm modum ſuæ naturæ ſibi convenientem, factam ex quadam libertate, cum quadam immobilitate, & firmitate, prout expreſsè dicit *D. Thom. 2. 2. q. 183. ar. 1.* ubi in principio Corp. ſic loquitur:

2. *Reſpondeo dicendum, quòd ſtatus, propriè loquendo, ſignificat quandam poſitionis differentiam, ſecundùm quam aliquid diſponitur ſecundùm modum ſuæ naturæ, quaſi in quadam immobilitate.* Hæc ibi, quæ ibidem ſingula declarantur; & primò, quòd prædicta poſitionis differentia rei conveniat ſecundùm modum ſuæ naturæ; declaratur exemplo ab hominis poſitione deſumpto, ibi, *eſt enim naturale homini, ut caput eius in ſuperiora tendat, & pedes in terra firmentur, & cætera membra, medio convenienti ordine, diſponantur: quod quidem non accidit, ſi homo jaceat, vel ſedeat, vel accumbat, ſed ſolùm quando erectus ſtat.*

3. Ly quaſi in quadam immobilitate, declaratur, ibi, *nec rurſus ſtare dicitur, ſi moveatur, ſed quando quieſcit. & inde eſt; quod etiam in ipſis actionibus humanis dicitur, negotium aliquem ſtatum habere, ſecundùm ordinem ſuæ diſpoſitionis, cum quadam immobilitate, & quiete: unde & circa homines ea, quæ de facili variantur, & extrinſeca ſunt, non conſtituunt ſtatum, ut puta, quòd aliquis ſit dives, vel pauper, in dignitate conſtitutus, &c.*

4. Ex quâ dictâ prima & propria ſignificatione nominis ſtatus, deducit ſanctus Doctor ibi ſuprà aliam, ea ſcilicet tantùm ad hominis ſtatum pertinere, quæ perſonæ hominis obligationem reſpiciunt, ſupple, affirmativè, vel negativè, ut notat ibidem Cajet. & patet de ſtatu Regulari, qui diſtinguitur à ſæculari, ob obligationem trium votorum, quam obligationem non includit ſtatus ſæcularis; & liquet ibi, ſed ſolùm id videtur ad ſtatum hominis pertinere, quod reſpicit obligationem perſonæ hominis; prout ſcilicet aliquis eſt ſui juris, vel alieni: & hoc non ex aliqua cauſa levi, vel de facili mutabili, ſed ex aliquo permanente, & hoc eſt, quod pertinet ad rationem libertatis, vel ſervitutis: *unde ſtatus pertinet propriè ad libertatem, vel ſervitutem ſive in ſpiritualibus, ſive in civilibus,* hæc ibi: ad quorum majorem declarationem Cajet. multa refert exempla, & objecta contrariorum eruditè reſolvit.

5. Exinde item patet, nomine ſtatus in hominibus ſignificari quandam conditionem, ſeu modum eſſendi, quadam ratione perfectum, ſeu completum, & permanentem, prout docet idem *S. Thom. in quol. 3. ar. 17. in Corp.* ubi ſic loquitur: *Et quamvis ſtatus multa ſignificet, & rectitudinem, & firmitatem, & ſi qua ſunt alia hujuſmodi; tamen cùm dicimus aliquem eſſe in ſtatu perfectionis, accipitur ſtatus pro conditione, ſecundùm quod libertas vel ſervitus dicitur ſtatus, prout conſuevit dici, quod error perſonæ, aut conditionis, aut ſtatus impedit matrimonium, non autem error fortunæ, aut qualitatis, &c.* Hæc ille.